Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale, Fragment - Cod. Bruchsal 12

[Süddeutschland], [2. Hälfte des 12. Jahrh.]

Responsoria de prophetis bis Dominica VIII post Pentecosten

urn:nbn:de:bsz:31-162574

Visual Library

R. Civitatem istam tu circumda domine et angeli tui custo-
diant muros eius exaudi domine populum tuum cum mi-
sericordia. V. Avertatur furor tuus domine a populo tuo et
a civitate sancta tua. Exaudi. R. Precipita domine omnes ope-
rarios iniquitatis et divide linguas eorum quoniam vidi ini-
quitatem et contradictionem adversus sanctam civitatem
tuam hierusalem muro tuo inexpugnabili circumcinge
nos domine deus noster. V. Tu autem in nobis es domine
et nomen tuum super nos invocatum est. Muro. VNDE SUP.
Vidi dominum sedentem super solium excelsum et plena erat A.
omnis terra maiestate eius et ea que sub ipso erant replebant tem-
plum. A. Super muros tuos ierusalem constitui custodes tota die
et tota nocte non tacebunt laudare nomen domini. A. Qui celorum
contines thronos et abyssos intueris domine per regum mon-
tes ponderas terram palmo concludis exaudi nos deus in gemi-
tibus nostris. A. Sustinuimus pacem et non venit domine
quesivimus bona et ecce turbatio cognovimus domine
peccata nostra non in eternum irascaris nobis deus israhel. DOM. I. MA.
Homo quidam erat dives. OCTAVA PENTECOSTES
et induebatur purpura et bysso et epulabatur

...in fornace ... ambulabant et collaudabant dominum regem canentes

cotidie splendide. Erat quidam mendicus nomine lazarus qui
iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus cupiens saturari de mi-
cis que cadebant de mensa divitis et nemo illi dabat sed et canes ve-
niebant et lingebant ulcera eius alleluia. A. Factum est autem ut
moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe.
A. Elevans autem dives oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham
a longe et lazarum in sinu eius et ipse clamans dixit pater abraham
miserere mei. A. Pater abraham miserere mei et mitte lazarum ut in-
tingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam.
A. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter
mala. A. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris
mei habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant
in locum hunc tormentorum.

Dominica scda. A.

Quidam homo fecit cenam magnam et vocavit mul-
tos et misit servum suum hora cene dicere invi-
tatis ut venirent quia omnia parata sunt alleluia.
A. Exite cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debi-
les cecos et claudos compelle intrare ut impleatur domus
mea alleluia. A. Domine factum est ut imperasti et adhuc lo-

...ore ymnu dicat ... benedictus es deus alleluia.

190

locus est. A. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam.

Dominica Tercia

Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam que perierat donec inveniat illam alleluia.

A. Congratulamini mihi quia inveni ovem meam que perierat dicit dominus. A. Que mulier habens dragmas decem et si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et everrit domum et querit diligenter donec inveniat.

Dominica IIII

Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est alleluia. A. Nolite iudicare ut non iudicemini in quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini dicit dominus.

A. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum alleluia. A. Eice primum hypocrita trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui alleluia.

Dominica Quinta

A. Ascendente Iesu in navim ... A. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus in verbo autem tuo laxabo rete. A. Cum ... dominus est tunicam succinxit ...

T...
canna ba...
camino ig...
psalleb...
dictus ...

A. Tres vidit ...
et unum ad...
medium ...
aspectus ...
similitudo ...
lu dei ...

Laudemus ...
gloriosos ...
... regna ...

fecere misit se in mare et clamabat voce magna dicens exi a me
domine quia homo peccator sum. A Dixit autem dominus symo
ni noli timere ex hoc enim homines eris capiens. DOMINICA VI.

A AUDISTIS quia dictum est antiquis non occides qui au
tem occiderit reus erit iudicio. A Si offers munus
tuum ante altare et recordatus fueris quia frater tuus habet
aliquid adversum te relinque ibi munus tuum ante altare
et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres
munus tuum aevia. DOMINICA SEPTIMA.

A MISEREOR super turbam quia iam triduo sustinent
me nec habent quod manducent et si dimisero eos ieiunos
deficient in via aevia. A Precepit iesus turbe discumbere super
terram et accipiens septem panes gratias agens fregit et dabat
discipulis suis ut apponerent et apposuerunt turbe aevia.
A Erant autem qui manducaverant quasi quattuor milia et dimisit eos.

DOMINICA VIII.

A ATTENDITE
a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces a fructibus eorum cogno
scetis eos. A Non potest arbor bona fructus malos facere
neque arbor mala fructus bonos facere. A Non omnis qui